INFORMES.

I.

PRIVILEGIOS DE LOS HEBREOS MALLORQUINES EN EL CÓDICE PUEYO. SEGUNDO PERÍODO, SECCIÓN PRIMERA.

Discurre este período desde el fallecimiento de D. Jaime II de Mallorca († 28 Mayo, 1311) hasta la conquista de la isla por D. Pedro IV de Aragón (31 Mayo, 1343). Distínguese, naturalmente, por dos secciones, que corresponden al reinado de D. Sancho († 4 Septiembre, 1324) y al de su sobrino Jaime III.

Los cuatro documentos primeros (**17-20**) de la primera sección ofrecen un problema histórico muy notable, que propuso Villanueva (1) y ha dejado sin resolver el ilustre Morel Fatio (2). ¿Sería por esta razón, ó para envolver en densas tinieblas la memoria de un padrón de ignominia, que se arrancaron algunas hojas al códice? La Historia sabrá, tarde ó temprano, á qué atenerse sobre el proceso inédito inquisitorial, eclesiástico y civil á la vez, del que ha de brotar la clara inteligencia del documento **20**, fechado en 19 de Septiembre de 1315; del cual depende otro, no menos notable, expedido siete días después en San Felíu de Guíxols, que sacó á luz y tradujo M. Morel Fatio en el tomo IV de la *Revue des Études juives* (3). El interés sube de punto, constando por el docu-

(1) *Viaje literario*, tomo XXI, pág. 300. Madrid, 1881.

(2) *Revue des Etudes juives*, tomo IV, pág. 42 París, 1882.

(3) Páginas 42-50.—Compárense las dos cartas de Jaime II (Junio, 1309), publicadas en el tomo VI del *Boletín de la Sociedad arqueológica Luliana*, páginas 335 y 336 (Palma, 1896); y la *Historia del reino de Mallorca*, tomo III, páginas 384 y 685 (Palma, 1841).

mento **29** que los judíos baleáricos de Mallorca, Menorca é Íbiza, habían siempre formado, desde remotos tiempos, una sola comunidad ó aljama (1).

17.

Palma da Mallorca, 22 de Junio de 1311. Toma el Rey bajo su amparo á los judíos de Mallorca, teniendo en cuenta el que les habia otorgado su padre, D. Jaime II, cuando estaban temerosos de padecer la misma suerte que sus correligionarios, expulsados de Francia por Felipe IV el Hermoso en 1306.

Publicado por Villanueva, *Viaje literario,* tomo XXII, páginas 333 y 334.

Este documento **17** y el **20** (19 Septiembre, 1315) arrojan intensa luz sobre la cuestión de saber si toca, ó no, á D. Jaime II la frase de Guedalia ben Yahia, autor de la *Cadena de la tradición*, que alega el Dr. Kayserling (2):

וגם אז מלך מיורקה גזר על ספרי הקודש ועל מכון ישראל

El rey de Mallorca robador de la sinagoga, que contenía el rollo de la *Torá* ó del Pentateuco, el que asimismo confiscó todo el tesoro ó hacienda de los hebreos residentes en Palma, fué don Sancho, y no su padre. No se aviene tan fiero desmán con el carácter ni con la historia de D. Jaime II. Lo prueban los documentos de nuestro códice; á los cuales hay que juntar las dos sobredichas cartas, por él expedidas desde Colliure (27 y 28 Junio, 1309) á D. Pedro de Bellcastell, su Lugarteniente en Mallorca (3). Por donde claro se ve que tampoco está decidida, ó que requiere mayor estudio, la cuestión sobre el año del fallecimiento (1306 ó 1316?) del famoso rabino Don Vidal Salomón de Perpiñán, que ha discutido recientemente (4), dejándola *sub judice,* el sabio Mr. Israel Leví.

---

(1) Erratas del cuaderno anterior: donde dice (pág. 21, línea 12) «Manuel», léase Morel»; donde dice (p. 33, l. 3) «v», léase «IV»; y donde dice (p. 35, l. 28) «465», léase «165».

(2) Die Juden in Navarra, den Baskenlænder und auf den Balearen, pág. 162. Berlín, 1861.

(3) *Boletín de la Sociedad arqueológica Luliana*, tomo VI, páginas 335 y 336. Palma de Mallorca, 1896.

(4) *Revue des Études juives*, tomo XXXVIII, pág. 110. París, 1899.

18.

Palma de Mallorca, 22 de Junio de 1311. Les confirma todos los privilegios, de los que habian disfrutado hasta la fecha.—Fol. 19.

Sit omnibus notum quod Nos, Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., per nos et nostros laudamus, approbamus, ratificamus et corroboramus ac confirmamus universis judeis et toti aljame judeorum Majoricarum, presentibus et futuris, privilegia universa et singula et omnes immunitates ei concessiones eis indultas datas et concessas per serenissimum dominum Jacobum, recolende memorie, regem Aragonum, avum nostrum, et per illustrissimum dominum Jacobum regem Majoricarum, felicis recordationis, patrem nostrum, et quoscunque antecessores nostros cum cartis et privilegiis suis, prout melius et plenius ipsa privilegia, immunitates et concessiones confirmate sunt et laudate ac concesse per dictum dominum regem Majoricarum patrem nostrum, et in cartis et privilegiis ipsius seriosius continetur.

Volentes, statuentes et concedentes dictis judeis presentibus et futuris quod dictis immunitatibus, concessionibus et privilegiis utantur pacifice et quiete, qualibet contrarietate rejecta. Mandantes locum nostrum tenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quod hanc nostram confirmationem firmam habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari. In quorum omnium testimonium et fidem, presentem cartam nostro sigillo pendenti jussimus communiri.

Acta sunt hec in civitate Majoricarum, decimo Kalendas Julii, anno Domini M.CCC. undecimo.

Testes hujus rei sunt inclitus dominus Infans Ferrandus, germanus dicti domini regis Sancii; nobiles Petrus de Fonolleto, Guillermus de Guardia; Berengarius de sancto Johanne, Petrus de Pulcro Castro, milites.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci, qui et clausi meo publico et solito sig+no.

El Rey no se limitó á confirmar los privilegios otorgados á los judíos mallorquines por su padre Jaime II y por su abuelo Jaime I, sino también los que se habían concedido por cualquiera de sus antecesores *(per quoscunque antecessores nostros)*, es decir, los Reyes de Aragón Alfonso III y Jaime II (años 1285-1295). Con esta disposición se anulaba la concesión hecha en 3 de Enero de 1310 al Ayuntamiento de poder echar derramas ó contribuciones en ciertos casos á los judíos (1); porque Alfonso III los había eximido (2) de toda carga concejil.

19.

Perpiñán, 7 Marzo 1313 (de la Encarnación 1312). Cédula de D. Sancho á su virey D. Berenguer de Sanjuán, mandándole que mantenga las franquezas é inmunidades de los judíos mallorquines contra las pretensiones de ciertos oficiales de su curia.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc.; dilecto Berengario de sancto Johanne militi, tenenti locum nostrum in regno Majoricarum, salutem et dilectionem.

Ex parte aljame judeorum et secretariorum ejusdem est oblata Nobis supplicatio continens quod aliqui officiales nostri Majoricarum obviant aliquibus privilegiis et libertatibus, indultis ipsis judeis et sue aljame per nostros predecessores et per Nos confirmatis.

Quare mandamus vobis quatenus privilegia et libertates predictas quibus judei predicti consueti sunt uti et prout in carta nostre confirmationis contineri videbitis, observetis et faciatis inviolabiliter observari.

Data Perpiniani, nonis Martii anno Domini millesimo ccc duodecimo.

Las contradicciones y molestias de que se quejaba la aljama podían provenir de la Curia municipal, como queda explicado al pie del documento anterior (3); y quizá recrecían también de ha-

(1) Quadrado, *Privilegios y franquicias de Mallorca*, pág. 81. Palma, 1898.
(2) Códice Pueyo, docum. **77**.
(3) Véanse además los documentos **76** y **81**.

ber edificado la sinagoga, para lo cual les había dado permiso, con aprobación del Prelado, en 1300 el Rey D. Jaime II (documento **14**). Esta sinagoga era hermosísima, y probablemente se terminó casi al mismo tiempo (20 Septiembre 1314-1.° Septiembre 1315) que la famosa de Córdoba (1). Queda por averiguar en los procesos inéditos é inquisitoriales incoados en 1314, que alega D. Vicente Mut (2), si lo noble y grande de la nueva sinagoga le acarreó que fuese confiscada y reducida al culto cristiano.

20.

Palma de Mallorca, 19 Septiembre 1315. Habiendo el Rey en virtud de sentencia condenatoria, confiscado los bienes, muebles é inmuebles, de todos los judíos de la ciudad, refiere como por pura misericorda les dejó lo indispensable para su mantenimiento. Y toda vez que después de este acto se les probaron muchos más crímenes, por los cuales no podían ser multados á título de insolventes, tiene por bien, bajo promesa de que le pagarán noventa y cinco mil libras, concederles general amnistía de toda pena ulterior, debida á las culpas pasadas, y otorga que los recibe bajo su protección y amparo.—Fol. 16.

Noverint universi quod Nos Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., attendentes quod ex certis criminibus condempnavimus universos et singulos judeos aljame civitatis Majoricarum in amissione omnium bonorum eorum, tam mobilium quam immobilium prout in nostra sententia, inde lata, latius continetur; et post dictam sententiam ex misericordia, recepta certa summa pecunie [ex] dictis bonis, reliqua bona pro eorum sustentatione eis reliquerimus, etsi quantumcunque alia plura cri-

(1) Boletín, tomo v, pág. 382.

(2) «En el año de 1314 llegaron á Cataluña dos cristianos alemanes con intentos de judaizar; y no queriendo recibirles las sinagogas de Lérida y Gerona, fueron admitidos en la de Mallorca; y haciéndoles proceso de esto el obispo Guillermo de Villanova los condenó en ciento cincuenta mil florines: los ciento para los cofres de Su Magestad, y los demás para la capilla, que se reedificó con la dicha invocación de *Santa Fe* en el puesto que hoy está junto á la puerta del Campo; y la dotó el rey D. Sancho de un beneficio, como consta en la Curia de la Procuración Real, en el año 1323 » *Ob. cit.*, tomo III, pág. 384.—En la página 685 vuelve este historiador á decir que en 1314 fué demolida esta sinagoga; lo cual no es exacto, porque el edificio se conservó.

mina commiserint quam in dicta nostra sententia continentur, et pro dictis criminibus in dictis bonis vel aliqua parte eorum condempnari non possint, cum omnia dicta eorum bona semel Nobis fuerint confiscata: Idcirco per Nos et successores nostros quitamus et absolvimus universis et singulis judeis presentibus et absentibus, et eorum aljame predicte et singulis ex ea, omnia bona eorum presentia et futura; ita quod ratione alicujus criminis per eos et singulos ex eis, usque in hanc diem quoquomodo commissi sive singulariter sive generaliter, Nos et successores nostri non possimus ratione dictorum criminum in bonis eorum presentibus et futuris aliquam demandam facere vel movere, nec in predictis bonis vel aliquo ipsorum ipsos condempnare nec per aliquem permittimus eos aliquatenus vexari; immo personas et bona ipsorum deinde accipimus sub custodia et protectione nostra.

In quorum omnium testimonium presenti carte sigillum nostrum jussimus appendi.

Quod est actum in civitate Majoricarum tertio decimo Kalendas Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quintodecimo.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico sig+no.

Sellado este diploma, reorganizador de la aljama hebrea Mallorquina, el Rey D. Sancho se fué de la isla; y en 24 de Septiembre desde el puerto de San Felíu de Guíxols en la provincia de Gerona, expidió, como arriba dije, la provisión interesantísima que ha publicado Morel Fatio, y que dió cima al acto iniciado por el presente diploma.

Entre los capítulos ú ordenamientos de la provisión propuestos por la aljama y refrendados por el Rey, no puedo menos de anotar el último (1), por cuanto se refiere á él la cédula siguiente **(21)**.

---

(1) «Item que nul patró de nau ne de leyn ne de nengú altre vexel no gos rebuyar de reebre en son vaxel coses é mercaderies de jueus per portar fora la terra con per venir en Malorcha, ans tot patró con request ne sia per lo jueu, ho deia rebre é fer

21.

Perpiñán, 13 Junio 1316. El Rey previene á sus procuradores Pedro Figuera y Miguel Rollán, que en atención á lo representado por los secretarios de la aljama mallorquina, proporcionen á los judíos de la misma los medios de traer embarcados los bienes que poseen ó pueden adquirir en otros dominios, y singularmente en tierra de moros, aunque éstos estén en guerra con el mismo Rey.—Fol. 51.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fidelibus procuratoribus suis Petro Figuera et Michaeli Rotlandi, salutem et gratiam.

Secretarii aljame judeorum Majoricarum proposuerunt supplicando coram Nobis quod judeis dicte aljame est multum necessarium et expediens concedi judeis habentibus res seu merces suas in terris sarracenorum et aliis extra regnum Majoricarum, ut habere possint naves et alia vasa maritima, quibus de dictis terris extrahi et in Majoricas portari valeant res et merces predicte. Unde ad supplicationem secretariorum predictorum vobis mandamus quatenus, super habendis hujusmodi vasis maritimis, predictis judeis prebeatis favorem taliter quod de illis possint habere copiam abundantem, proviso quod ad terras sarracenorum inimicorum nostrorum ad quas ire prohibentur nostri subditi, nullas merces aut res aliquas portent. Sed, si de illis extrahi non possint bona et res quas ibi habent dicti judei Majoricarum, aliter nisi vasa, ad illas partes euntia, merces aliquas apportarent, auctoritate nostra concedatis quod possint, ista de causa tantum, aliqua modica minora que poterunt [portare], solum ut bona et merces que illic fuerint permittantur reportari. Et hec committimus legalitati et discretioni vestre quod provideatis diligenter et causa, sic quod non possit notari vel impingi

---

carregar en son vaxel, lo jueu emperó pagarli son nólit.—Aordonen ne los procuradors, é fassen quels padrons deien pendre é carregar robes é mercaderíes dels jueus.» Los procuradores, á quienes encomendó el Rey (24 Septiembre, 1315) la ordenación de este artículo y de los demás de la provisión, fueron Pedro Figuera y Miguel Rollán, á quienes la cédula siguiente (13 Junio, 1316) está dirigida.

Nobis ad inhonestum quod permittamus per judeos portari merces ad terras ad quas prohibemus ire et negotiari alios mercatores.

Data Perpiniani, idibus Junii anno Domini millesimo ccc sexto decimo.

22.

Perpiñán 28 Marzo 1318. Carta de pago que reconoció el rey á los cinco secretarios de la aljama hebrea de Mallorca, de los cuales había recibido *sesenta y cinco mil libras*, quedándole á deber treinta mil de las noventa y cinco mil, convenidas en 1315 para excusar la sentencia fulminada en 1314. En la cuenta del recibo se incluían 6.128 libras, 15 sueldos y 9 dineros, que el Rey había tomado de los hebreos, invirtiéndolas en remitir á los cristianos las usuras y prendas usurarias de aquéllos y en tomarles la sinagoga y edificios á ésta anejos, que destinó á capilla de Santa Fe, sucursal de la parroquia de Santa Eulalia; sumas ó importes, que especifica el documento.—Fol. 15.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum etc.

Recognoscimus vobis Abrafim Malaqui et Çaqueri ben Hannon, Vitali Cresques, Juce Barqui et Sadon ben Dahut, judeis, secretariis aljame judeorum Majoricarum, quod nomine dicte aljame solvistis Nobis, seu nostris thesaurariis recipientibus nomine nostro et mandato, sexaginta et quinque mille libras monete regalium Majoricarum minutorum, ex illis nonaginta et quinque millibus libris ejusdem monete quas dicta aljama debebat nobis ratione compositionis quam fecimus cum eadem aljama super condempnatione quam contra dictam aljamam et judeos ejusdem protulimus condempnando sententialiter eos ad amissionem omnium bonorum suorum mobilium et immobilium. In solutione quarum *sexaginta et quinque millium* librarum comprehenduntur et diducte sunt quatuor mille quingente octuaginta novem libre quatuor solidi et sex denarii, ad quas ascendunt usure debitorum que per christianos debebantur dictis judeis cum instrumentis, quas quatuor mille quingentas octuaginta novem libras quatuor solidos et sex denarios de gratia dedimus et remisimus illis christianis cum publicis debiticiis instrumentis. Item in eadem solutione comprehenduntur et sunt

diducte octingente quinquaginta novem libre undecim solidi et tres denarii ad quas ascendebant usure quas christiani debebant dictis judeis pro debitis pro quibus ipsi judei pignora tenebant a christianis, quas octingentas quinquagenta novem libras undecim solidos et tres denarios similiter de gratia dedimus et remisimus christianis qui eas debebant ratione usurarum debitorum que debebant cum pignoribus judeis predictis. Item in eadem solutione venerunt et deducte sunt sexcente et octuaginta libre, quas fuerunt estimata valere quedam hospitia quorumdam ex dictis judeis que sunt iu(ris) capelle sancte Eulalie civitatis Majoricarum. Et sic de dictis omnibus sexaginta quinque millibus libris per pacatos nos tenemus et contentos, et de eisdem sexaginta quinque millibus libris per Nos et nostros facimus vobis dictis secretariis, nomine dicte aljame, et eidem aljame, et judeis ex ea tam presentibus quam futuris finem perpetuum et pactum reale et personale, validum et solempne, de non petendo.

In cujus rei testimonium et fidem presenti carte nostrum jussimus appendi sigillum.

Quod est actum Perpiniani quinto kalendas Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo octavo decimo.

Testes hujus rei sunt nobiles Huguo de Cardona, Gaçpertus Dei gratia vicecomes de Castronovo, Petrus de Pulcrocastro maiordomus et Huguo de Taciono portarius major, milites, Arnaldus de Codaleto magister rationalis, Nicholaus de Sancto Justo vicethesaurarius, Arnaldus Traverii miles et Raimundus de Villariis, legum doctores, judices, et Laurentius Plasensa scriptor prefati domini Regis.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico et consueto sig + no.

En la sentencia del Rey, fulminada en 1314, se condonaron á los cristianos los intereses de las usuras que debían á los judíos; por donde se ve que algo pudieron influir en su determinación los decretos del concilio general de Viena, concernientes á la represión de los judíos y puestos en acción por el concilio de Zamora de 1313.

23.

Perpiñán, 28 Marzo 1318. Confirma el Rey á perpetuidad la posesión del *Call* de Palma á los judíos mallorquines prometiéndoles por sí y por sus sucesores, que jamás les obligará á mudarlo á otro paraje.—Fol. 17 y 18.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc.

Notum facimus universis quod ad nostram presentiam venientes Abrafim Malaqui et Çaqueri ben Hannon, Vitalis Cresques, Jucef Barqui et Sadon ben Dahut, judei, secretarii aljame Majoricarum, nomine suo, et nomine Hayo Cohen judei socii seu consecretarii sui dicte aljame, ac nomine totius dicte aljame et singulorum ex ea proposuerunt supplicando quod judei dicte aljame erant multum perterriti et erant in perplexitate remanendi aut recedendi inde, eo quia hesitabant an Nos vellemus mutare *Callum judaicum* civitatis Majoricarum, in quo ipsi judei habebant habitationes et hospicia sua, quod Callum est clausum muro et circumdatum, et clauditur portalibus ad tuitionem judeorum ipsorum; et si mutarentur, esset dampnum intolerabile judeorum predictorum sic quod non possent in Majoricis remanere. Quare supplicarunt Nobis humiliter ut ad consolationem ipsorum judeorum, qui condempnati fuerunt finaliter per Nos olim ad amissionem omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, dignaremur confirmare Callum predictum et dare securitatem dicte aljame et judeis ejusdem quod nunquam mutetur Callus judaicus; sed in loco ubi nunc est, perpetuo perseveret.

Nos itaque Sancius, Dei gratia rex prefatus, volentes dictam aljamam et judeos ejusdem, qui ex dicta nostra condempnatione multum oppressi sunt, respicere oculo pietatis et eos consolari ac confortare in hac parte, pro utilitate et augmento judeorum ipsorum, nostra liberalitate et de speciali gratia, gratis et ex certa scientia confirmamus laudamus et ratificamus dictum Callum, volentes quod in eodem loco, ubi est, perpetuo perseveret. Promittentes vobis dictis secretariis, nomine dicte aljame et singulorum ex ea stipulantibus, quod nunquam mutabimus nec mandabimus aut faciemus mutari seu transferri dictum Callum alibi;

immo volumus et statuimus per Nos et successores nostros quod dictus Callus et habitationes seu hospitia judeorum, que sunt in dicto Callo, sint ibi perpetuo, et judei nunquam teneantur inde recedere vel exire causa transferendi habitationes suas. De quibus damus dicte aljame et judeis ejusdem tam presentibus quam futuris fidem et securitatem perpetuam, prout potest melius dici et intelligi ad tuitionem dictorum judeorum et bonum et sanum intellectum eorumdem.

Quod est actum Perpiniani, quinto kalendas Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo octavodecimo.

Testes hujus rei sunt nobiles Huguo de Cardona, Gaçpertus Dei gratia vicecomes Castrinovi, Petrus de Pulcrocastro maiordomus et Huguo de Tacione portarius major, milites, Arnaldus de Codaleto magister rationalis, Nicholaus de Sancto Justo vicethesaurarius, Arnaldus Traverii miles et Raimundus de Villariis legum doctores, judices, et Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico et consueto sig+no.

24.

Perpiñán, 28 Marzo 1318. Otorga el Rey que la aljama en unión de sus secretarios pueda en adelante proceder á la elección de otros nuevos según antigua costumbre, por más que la sentencia fulminada en 1314 había privado á los judíos mallorquines de todos sus privilegios, franquezas é inmunidades.—Fol. 19.

Noverint universi quod Nos Sancius, Dei gratia rex Majoricarum etc., gratis ex certa scientia per Nos et nostros volumus statuimus ac concedimus de speciali gratia aljame judeorum Majoricarum quod judei ejusdem una cum secretariis suis possint, quando et quotienscunque voluerint et sibi viderint expedire, prout hactenus consueverunt, eligere et constituere secretarios suos et dicte aljame; super quo eis damus et concedimus facultatem licentiam et auctoritatem cum hac nostra carta firmiter perpetuo valitura, non obstante *nostra sententia qua olim privavimus di-*

ctam aljamam et judeos omnes et singulos ejusdem ab omnibus privilegiis libertatibus et immunitatibus eis concessis per Nos et omnes nostros antecessores, ipsa privilegia libertates et immunitates tollendo et revocando omnino. Quam sententiam nostram nolumus obstare vel prejudicare quominus electio secretariorum possit et debeat fieri per dictos judeos ut superius continetur.

In cujus rei testimonium et fidem presenti carte nostrum jussimus appendi sigillum.

Quod est actum Perpiniani, quinto kalendas Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo octavodecimo.

Testes hujus rei sunt nobilis Huguo de Cardona, Gaçpertus Dei gratia vicecomes Castrinovi, Petrus de Pulcrocastro majordomus et Huguo de Tatione portarius major, milites, Arnaldus de Cadaleto magister rationalis, Nicholaus de Sancto Justo vicethesaurarius et Raimundus de Villari legum doctores, judices, et Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico [et consueto] sig+no.

Claramente se infiere de este diploma que no fué absoluta, sino permisiva y revocable *ad nutum Regis* la concesión (1) ó restitución de todos sus privilegios y franquezas á los judíos mallorquines en 26 de Septiembre de 1315.

25.

Perpiñán, 21 Julio 1319. A petición de los secretarios de la aljama, don Sancho encarga á su virey que reprima con mano fuerte y arroje de la isla los judíos advenedizos, maliciosos, indiscretos, mezquinos y vagabundos que ponian desasosiego y sembraban enemistades perjudiciales á sus correligionarios de Mallorca.—Fol. 19 v.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc.

Notum facimus universis ex relatione secretariorum aljame nostre judeorum Majoricarum ad nostram notitiam pervenisse quod ad civitatem et regnum Majoricarum concurrunt passim

(1) *Revue des Études juives*, tomo IV, pág. 43.

judei et judee alienigeni vagabundi, qui propter malitiam aut negligentiam vel indigentiam, sua propria temeritate aut per alios inducti, ponunt discordias et inimicitias inter judeos nostros dicte aljame, ex quibus judei ipsi gravamina dampna et scandala frequenter incurrunt. Et cum velimus, prout decet, terras nostras talibus malis personis, seminantibus çiçaniam, expurgari, mandamus locum nostrum tenenti, qui nunc est et fuerit pro tempore in regno Majoricarum, quatenus cum de talibus personis denunciationem aut querelam fieri contigerit, si constiterit esse tales vel ei visum fuerit, illas ad requisitionem secretariorum aljame Majoricarum, qui nunc sunt et erunt pro tempore, de regno Majoricarum expellat, imponendo illis certam penam, idoneam juxta conditionem earum [ita] quod numquam regressum habeant ad dictum regnum. Presens autem nostrum edictum durare volumus et servari quamdiu nostre placuerit voluntati; in cujus rei testimonium et fidem presenti carte nostrum jussimus appendi sigillum.

Quod est actum Perpiniani, duodecimo kalendas Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo nonodecimo.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor praefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico et consueto sig+no.

26.

Perpiñán, 22 Agosto 1319. Al virey; que no consienta cabildeos ni monipodios en oposición á lo que votaren los secretarios de la aljama.—Fol. 20.

Sancius, Dei gratia, rex Majoricarum, etc., dilecto fideli nostro Locumtenenti in regno Majoricarum qui nunc est et pro tempore fuerit, salutem et gratiam.

Ex parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum est propositum coram Nobis quod alique private persone judeorum dicte aljame clam inter se, irrequisitis ipsis secretariis faciunt conventicula concilia et congregationes, ex quibus pecuniam congregant ut possint inde facere singulares expensas ad votum [predictorum secretariorum] volentes vitare ne fiat. Mandamus

vobis quatenus ad requisitionem secretariorum precipiatis districte et prohibeatis ne talia fiant; et siqua facta repereritis, revocetis et reducatis in justum et debitum statutum, et quoscunque inde culpabíles inveneritis puniatis prout fuerit justum et equum.

Datum Perpiniani sub sigillo nostro pendenti, undecimo kalendas Septembris anno Domini millesimo trecentesimo nonodecimo.

Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico [et consueto] sig + no.

27.

Perpiñán, 23 Agosto 1319. Al lugarteniente del Virey sobre el mismo asunto, encaminado al reparto de la contribución del subsidio ordinario y de atrasos que al Rey debía la aljama. Mándale cohibir á los que por esto zaherían á los secretarios.—Fol. 25.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fideli suo Guillermo de Boadella, gerenti vices nostri Locumtenentis in regno Majoricarum, salutem et gratiam.

Ex parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum est coram Nobis propositum quod quamplures judei, in Majoricis commorantes, proferunt in ipsos secretarios blasphemias injurias et verba injuriosa et vituperosa, quia faciunt levari et exigi collectam seu questiam, judeis Majoricarum nostro mandato indictam. Quare mandamus vobis quatenus predictis judeis et etiam judeabus inducatis certam penam, quod abstineant et cessent omnino ab hujusmodi blasphemiis injuriis et verbis vituperosis; et si contra fecerint post dicte pene impositionem, penam ipsam ab illis faciatis exigi et efficaciter extorqueri. Et siqui de predictis culpabiles inventi fuerint ante dicte pene impositionem, illos inde corripiatis.

Datum Perpiniani, decimo kalendas Septembris anno Domini millesimo trecentesimo nonodecimo.

En el traslado de esta cédula y de las dos siguientes no aparece la testificación del notario; el cual fué, sin duda, Lorenzo Plasensa. Véase el documento **30**.

28.

Perpiñán, 23 Agosto 1319. Al mismo sobre el mismo asunto mandándole que por vías de apremio, ó de embargo y venta, obligue á los judíos que se negaren ó sustrajeren al pago de la cuota que determinen los secretarios.—Fol. 25.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fideli suo Guillermo de Boadella, gerenti vices nostri Locumtenentis in regno Majoricarum, salutem et gratiam.

Ex parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum est propositum coram Nobis quod aliqui judei dicte aljame pretendunt aliquas injustas excusationes super solutionibus quantitatum quas debent pro *tallia* seu collecta generali, judeis Majoricarum nostro consensu indicta pro satisfaciendo in hiis que nobis debent, et aliis sumptibus dicte aljame faciendis, et debitis persolvendis. Qnare mandamus vobis quatenus ad requisitionem dictorum secretariorum dictos judeos per venditionem perpetuam vel ad tempus, aut locationem immobilium et captionem mobilium bonorum suorum aut aliter faciatis compelli efficaciter solvere que debebunt ad dictam talliam seu collectam, qualibet injusta excusatione et exceptione rejecta.

Datum Perpiniani, decimo kalendas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo nonodecimo.

29.

Perpiñán, 23 Agosto 1319. Declara que los judíos de Menorca é Ibiza formaron siempre parte de la aljama de Mallorca y que no pueden excusarse de pagar lo que les ha sido tasado por los secretarios de esta aljama, pretextando que no gozan de las franquicias otorgadas á los mallorquines.—Fol. 26.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fideli suo Guillermo de Boadella, gerenti vices nostri Locumtenentis in regno Majoricarum, salutem et gratiam.

Ex parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum est co-

ram Nobis propositum quod aliqui judei, commorantes in insulis nostris Minorice et Evisse, contra usum antiquum hactenus observatum se nituntur eximere a contributione *tallie* vel collecte indicte nostro consensu judeis aljame Majoricarum et aliarum expensarum, respicientium universitatis dicte aljame commoda et necessitates; pretendentes causam dicte exemptionis quod non gaudent libertatibus et privilegiis dicte aljame. Quare volumus et vobis mandamus quatenus dictis privilegiis et libertatibus eos faciatis gaudere et uti, quamdiu Nobis placebit, sicut judeos cives Majoricarum, et compellere eosdem contribuere pro modo facultatum suarum dictis collecte seu *tallie* ac expensis communibus dicte aljame, factis et faciendis; nam omnes judeos in Minorica et Evissa degentes intendimus et volumus esse de dicta aljama judeorum Majoricarum et cum illis facere unum corpus, donec nos aliud vel aliter inde voluerimus ordinare.

Datum Perpiniani, decimo kalendas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo nonodecimo.

30.

Perpiñán, 17 Septiembre 1319. Otorga á los secretarios de la aljama que de común acuerdo con el Consejo de la misma puedan moderar hasta cierto punto el lujo de los vestidos y el boato de las bodas. Concédeles asimismo autoridad para impedir entre hebreos y hebreas fornicaciones y adulterios y para castigar la inobediencia de los que se resistieren á pagar las contribuciones, señalándoles multa aplicable al fisco regio y aplicándoles las censuras de la excomunión conforme al rito hebraico.—Fol. 15.

Noverint universi quod Nos Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., ad humilem supplicationem secretariorum aljame judeorum nostrorum Majoricarum volumus et concedimus quod secretarii dicte aljame cum consiliariis suis possint inter se ordinare statutum, quod nullus ex judeis vel judeabus dicte aljame audeant sibi emere vel facere vestes aliquas de panno majoris valoris vel majoris pretii quam ordinatum seu statutum fuerit per dictos secretarios et consiliarios suos.

Item, et super moderatione sumptuum faciendorum in solemp-

nitatibus nuptiarum seu matrimoniorum contractorum et contrahendorum inter judeos et judeas dicte aljame.

Item super vitandis adulteriis et fornicationibus inter judeos et judeas dicte aljame.

Item super solutionibus faciendis per judeos et judeas dicte aljame de quantitatibus impositis ad questias et tallias factas et faciendas, tam indictas per Nos et nostros ipsis judeis quam alias pro necessitatibus et negotiis dicte aljame. Et super observantia ordinationum et statutorum hujusmodi possint iidem secretarii cum dictis consiliariis suis, ex presenti nostra concessione imponere et statuere certas penas adversus contrafacientes seu non observantes ordinationes et statuta predicta, que pene tamen applicentur fisco nostro, quantumcunque et quotienscunque illas committi contingat; et nichilominus dicti secretarii de consilio dictorum suorum consiliariorum possint promulgare suas excommunicationes *secundum ritum judeorum* adversus facientes contra ordinationes seu statuta predicta aut illa non observantes, quando et quotiens et prout eis visum fuerit expedire.

Mandantes locum nostrum tenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus nostris presentibus et futuris, quatenus dictas ordinationes et statuta, cum facta fuerint, faciant teneri et firmiter observari, et a contrafacientibus aut ea non observantibus exigant penas impositas, quotiens committantur. Presentem autem concessionem durare volumus et servari quamdiu voluntati [nostre] placebit dumtaxat. In cujus rei testimonium et fidem presenti nostre carte sigillum nostrum jussimus appendi.

Quod est actum Perpiniani, quintodecimo kalendas Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo nonodecimo.

Ego Laurentius de Plasensa, scriptor prefati domini nostri Regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico [et consueto] sig+no.

Claro aparece de este documeuto que el régimen interior, ó gobierno judicial y administrativo de los hebreos mallorquines, era el mismo que el de la aljama de Perpiñán, descrito extensamente por M. Pierre Vidal en el tomo XV de la *Revue des Études juives*, páginas 33-46. En los documentos **22** y **23** se nombran distintamente *cinco* secretarios ó regidores mayores de la aljama;

mas el *sexto* en el documento **23** debía ser el tesorero, ó secretario adjunto, el cual, por tener las llaves de la caja comunal y de los archivos, se llamaba también *clavero*.

31.

Palma de Mallorca, 7 Julio 1323. El Rey expone cómo la sinagoga *(schola)* y su edificio adyacente se habían por él confiscado y trocado en iglesia de Santa Fe; la cual por estar en sitio obscuro y de acceso incómodo á los cristianos y de estorbo á los judíos, convenía se trasladase á la huerta *den Cassá*, que iba poblándose y dotándose de un templo que se edificaba á costa del mismo Rey. Consultado acerca da este punto el Consejo Real y teniéndolo por bien el obispo de Mallorca D. Fr. Guido de Terreny, acuerda el Rey la traslación sobredicha; y en su consecuencia la extinción del culto cristiano en la ex-sinagoga ó templo de Santa Fe, prometiendo que en el caso de enajenar su edificio y entregarlo á propiedad de particulares, no se hará sin condición de cegar toda vista que diere al *Call*, ó al barrio hebreo y aceptando de los judíos un donativo de dos mil libras para la terminación de la nueva iglesia en el barrio nuevo den Cassá, y otro de trescientas para las obras de la catedral de Palma. Promete además no consentir en que la ex-sinagoga sirva otra vez de iglesia ó se trueque en hospital cristiano ú otro semejante establecimiento de beneficencia cristiano.—Folios 20 y 21.

Publicóse este diploma en el tomo XXI del *Viaje literario*, páginas 300-302; mas como el texto impreso no siempre está de acuerdo con el original, ha parecido bien reproducirlo aquí, notando las variantes de Villanueva y apuntando algunas observaciones.

Noverint universi quod cum Nos Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., hiis annis (1), tempore videlicet generalis condempnationis judeorum, confiscassemus Nobis scholam (2) et domum schole judeorum ipsorum quam habebant in civitate Ma-

---

(1) Villanueva omite «hiis annis».

(2) «Nec istud proprie dicitur *nove* erectio, sec potius *antique* reparatio, quam non sinagogam, sed *scolam aut domum ad orandum* permittimus nuncupari.» Docum. **47**. En este documento dice D. Jaime III (8 Agosto 1331) que la sinagoga, no demolida, sino trocada por su tío D. Sancho en templo de Santa Fe, era de buen gusto artístico y muy hermosa (*curiosa et valde formosa*).

joricarum, et postea in schola ipsa fecissemus ex causa capellam ad decus et nomen sancte Fidei, secretarii aljame judeorum Majoricarum successivis temporibus Nobis humiliter supplicarunt ut, cum dicta capella esset eis et eorum *Callo* nimis propinqua, dignaremur illam removere exinde et alibi transmutare, allegando super hoc plures validas rationes.

Nos autem, attendentes quod dicta capella erat et est in loco valde absconso, propter quod gentes, ut deberent, non sic pro divinis confluunt ad eamdem, et quod si mutaretur in alium locum decentem, augeretur gentium devotio et etiam cultus divinus, habita super hoc deliberatione sepius cum nostro Consilio ac cum venerabili Guidone episcopo Majoricarum (1), de ipsius episcopi voluntate dictam capellam sancte Fidei alibi ducimus transmutandam, videlicet intus civitatem Majoricarum in horto qui fuit *den Cassa* juxta portam Templi, ubi noviter fit quedam optima populatio, cui et populatoribus ejusdem summe serviet (2) mutatio dicte capelle et factio ejus, et etiam transeuntibus per portam Templi predictam, cum fiat dicta capella inter duas vias publicas propriis sumptibus nostris, pro quibus et dicta capella complenda habuimus a dictis secretariis duo millia librarum regalium Majoricensium minutorum, et fecimus ulterius eos dare operi ecclesie beate Marie Sedis Majoricensis trescentas libras regalium Majoricensium sub pactis que sequuntur:

Concedimus enim et per Nos et successores nostros quoscunque licentiam, et potestatem damus secretariis dicte aljame quod, mutata dicta capella in locum (3) ubi noviter construitur, possint in capite carrerie dicte capelle antique aperire unum portale magnitudinis quam voluerint, quod exeat ad dictum *Callum* judaicum, et per ipsum portale habeatur judeis liber ingressus et egressus de dicto *Callo* et ad ipsum per dictam carrariam et exinde ad partes alias extra *Callum*. Et promittimus (4) bona fide no-

---

(1) A 2 de Enero de 1324, verificada ya la translación de la capilla de Santa Fe al sitio aquí indicado, prohibió el Rey, á instancias del mismo Obispo, que el hermoso edificio vacío de culto cristiano recobrase su primer estado de sinagoga.

(2) Villanueva «deserviet».

(3) Villanueva «loco».

(4) Villanueva «promitto».

stra dictis secretariis quod propriis sumptibus nostris faciemus fieri et compleri, citius quam fieri poterit, dictam capellam novam, quodque, postquam dicta capella mutata fuerit ut prefertur, nunquam faciemus vel fieri permittemus ecclesiam vel capellam, aut hospitale seu aliud (1) consimile in dicta domo ubi nunc est juxta *Callum* aut in aliqua parte ipsius domus. Retinemus attamen Nobis et nostris perpetuo domum ipsam ad nostras omnino (2) voluntates; et si eam vel aliquas partes ipsius dederimus aut stabiliverimus vel in quascunque (3) personas transportaverimus, volumus nunc ut tunc, et tunc ut nunc, quod in parietibus dicte domus, que respiciunt versus *Callum*, nulla fiat fenestra, *vista* vel aspectus aliquis per quas vel quem possit quidquam videri in dicto Callo a domo ipsa vel partibus ejus. Et ita bona fide nostra promittimus semper facere observari.

Mandamus itaque locum nostrum tenentibus (4) vicariis, bajulis et aliis officialibus nostris presentibus et futuris quatenus omnia et singula, in hac carta contenta, dictis secretariis et aljame judeorum Majoricarum firma habeant et observent et faciant ab omnibus observari.

In quorum omnium testimonium et fidem presenti carte sigillum nostrum jussimus appendi.

Quod est actum in camera Consilii castri regii civitatis Majoricarum, nonas Julii, anno Domini M.CCC.XX. tertio.

Signum+Nostri, Sancii, regis Majoricarum, etc., qui hec predicta omnia ex certa scientia laudamus atque firmamus.

Testes hujus rei sunt venerabilis Guido episcopus Majoricarum, nobilis Periconus de Fonolleto, Berengarius Mainardi canonicus Narbonensis, cancellarius, Galcerandus Sacosta archidiaconus in ecclesia Urgellensi, Dalmacius de Banyullis (5) miles, Nicholaus de Sancto Justo thesaurarius, et Jacobus Scuderii notarius; omnes consiliarii prefati domini Regis.

---

(1) Villanueva «alium».
(2) Villanueva «omnimodas».
(3) Villanueva «quoscumque».
(4) Villanueva suprime lo restante de esta cláusula y toda la siguiente.
(5) Villanueva «Bayallis». Es la villa de Bañuls en el Rosellón.

Ego Jacobus Scuderii, notarius jamdicti domini Regis et ejus auctoritate publicus, ipsius speciali (1) mandato hec scribi feci et clausi meo publico solito sig + no.

32.

Palma de Mallorca, 21 Julio 1323. Otorga el Rey que no valgan las gracias de dilación concedidas á los deudores de los judíos, si no dieren seguridad, ó hipoteca firme de pagar á sus acreedores al espirar el plazo prefijo.—Fol. 26.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., dilecto Ferrario de Caneto militi, tenenti locum nostrum in regno Majoricarum, salutem et dilectionem.

Secretarii aljame judeorum Majoricarum proposuerunt coram Nobis supplicando quod quamplures de illis christianis, quibus concessimus elongamenti gratiam ad certos annos et tempora certa per literas nostras, cum eveniunt termini solutionum statuti a Nobis in ipsis litteris, dant et daturos se offerunt judeis, creditoribus suis pignora ad decem dies, vel immobilia ad vendendum spatio quatuor mensium subhastanda; quodque aliqui dictorum debitorum nolunt ipsis judeis, creditoribus suis, eorum credita assecurare per idoneas fidejussorias cautiones juxta ordinationes nostras et seriem dictarum litterarum, a Nobis concessarum de elongamentis predictis. Quare supplicarunt Nobis ut super hiis dignaremur dicte aljame et singulis personis ejusdem misericorditer providere.

Nos igitur dictorum secretariorum dicta supplicatione benigne admissa, ordinamus el volumus ac vobis mandamus quod, si christiani, quibus concessimus vel Nos concedere contigerit elongamenti gratiam contra quemquam de judeis dicte aljame, noluerint aut non potuerint judeis creditoribus suis assecurare eorum credita per fidejussorias idoneas cautiones ad notitiam Curie juxta ordinationes nostras, aut secundum tenores litterarum super elongamentis hujusmodi a Nobis concessarum vel con-

(1) Villanueva omite «speciali».

cedendarum, ad simpiicem requisitionem judeorum creditorum suorum illis talibus debitoribus nolentibus vel non valentibus sic dicta debita assecurare, gratias nostras elongamentorum hujusmodi minime observetis nec permittatis servari; quin immo compellatis et compellere faciatis eosdem ad solutiones debitorum, ac si elongamenti gratiam a Nobis minime habuissent. Volumus preterea, ordinamus atque mandamus vobis ut, evenientibus statutis terminis solutionum dictorum debitorum et usurarum illorum juxta tenores litterarum nostrarum super dictis elongamentis concessarum vel concedendarum, faciatis precise dictis judeis creditoribus inde satisfieri sive datione pignorum ad decem dies, vel immobilium ad vendendum spatio quatuor mensium subhastandorum; nam nolumus sic, per modos istos, dictos debitores binas inde quasi inducias obtinere in fraudem seu prejudicium dictorum judeorum creditorum suorum.

Presentem autem nostram litteram volumus penes dictos secretarios remanere, retenta in libro nostre Curie copia de eadem.

Data in civitate Majoricarum duodecimo kalendas Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio.

33.

Formiguera de Cerdaña, 3 Agosto 1324. Al virey D. Bernardo de Tornamira. Mándale que sobresea en los procesos de inquisición incoados contra los judíos buenos y honrados, vilmente calumniados por otros de mala ralea.—Fol. 27.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., dilecto Bernardo de Tornamira, tenenti locum nostrum in Majoricarum regno, salutem et dilectionem.

Significarunt Nobis fideles nostri, secretarii aljame judeorum Majoricarum, quod nonnumquam aliqui judei, vilis conditionis et fame, sive ex causa malivolentie sive invidie, aut ut ex timore hujusmodi facilius extorqueant pecuniam ab eisdem, contra alios judeos bone fame et conditionis laudabilis invehentes, accusant et diffamant coram nostris officialibus in nostris curiis dictos probos judeos et bonos in eorum magnum vituperium et jactu-

ram; supplicantes Nobis super hoc eis per Nos provideri de remedio competenti.

Nos itaque cupientes, ut decet, malorum malitiis obviare, volumus et vobis mandamus quatenus, si contingat aliquem judeum bone fame per tales viles judeos aut quoscunque alios coram vobis vel aliis officialibus nostris denunciari, vel alias accusari, et ex verisimilibus conjecturis vobis aut dictos officialibus appareat hujusmodi denunciationes sive accusationes de radice invidie seu malivolentie processisse, fama super hoc contra ipsum judeum sic denunciatum vel accusatum minime alias laborante, nullatenus ad inquisitionem contra dictum judeum fiendam procedi per aliquem permittatis.

Datum Formiguerie, tertio Nonas Augusti, anno Domini millesimo ccc. xx. quarto.

34.

Formiguera, 3 Agosto 1324. Al mismo, exigiéndole la estricta observancia del diploma **24** (28 Marzo 1318), tocante á la elección de los secretarios de la aljama. Declara que nadie, si no fuere el Rey, puede coartar la libre acción de la aljama en este punto.—Fol. 28.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., dilecto Bernardo de Tornamira militi, tenenti locum nostrum in regno Majoricarum, salutem et dilectionem.

Pro parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum Nobis est supplicando expositum quod Nos dudum eidem aljame concessimus in privilegium de gratia speciali ut eadem aljama possit et debeat eligere ac eligat eis secretarios judeos, prout et quando noverint expediens seu etiam opportunum. Interdum vero aliqui judei ad dictum officium inhiantes, nituntur et faciunt posse suum quod per officiales nostros creentur aut eligantur in secretarios contra tenorem nostri privilegii memorati. Quocirca, Nos volentes dictum nostrum privilegium eidem aljame firmiter observari, vobis precipimus et mandamus quatenus juxta hujusmodi privilegii tenorem, nonnisi predictam aljamam et ejus judeos creare vel eligere in eorum secretarium sustineatis aliquatenus vel etiam permittatis, nam vos vel aliquem de officialibus nostris

nullam volumus potestatem habere eligendi seu ponendi aliquem in secretarium dicte aljame; quoniam hoc Nobis et potestati nostre tantum reservamus (1).

Datum Formiguerie, tertio nonas Augusti, anno Domini M. CCC. XX. quarto.

35.

Formiguera, 4 Agosto 1324. Al mismo, previniéndole que mande guardar en favor de los judíos todos los privilegios que se les han concedido desde el año 1315, ó pasado el tiempo de su condenación; y que ésto se guarde, aun en caso de duda, hasta que el Rey, enterado, resuelva lo que de razón y justicia fuere.—Fol. 27.

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, etc., dilecto Bernardo de Tornamira militi, tenenti locum nostrum in regno Majoricarum, salutem et dilectionem.

Pro parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum Nobis est, humiliter supplicando, expositum quod cum, post condempnationem quam dudum certis ex causis contra dictos judeos et eorum aljamam fecimus, Nos eisdem judeis et aljame duxerimus multa privilegia concedenda, nonnulli officiales nostri contra hujusmodi privilegia nostra invehuntur in dictos judeos, et eadem sine causa rationabili infringere moliuntur. Ex quibus, si ita est, non modicum admiramur. Quocirca, volumus et vobis mandamus quatenus omnia privilegia per Nos dictis judeis et aljame, a tempore prefate condempnationis citra, concessa, de quibus vobis fiet per documenta legitima prompta fides, servetis eisdem firmiter et scienter, ac per omnes officiales nostros et quoscunque alios faciatis inviolabiliter observari, nisi aliud sit rationabile quod obsistat. Quod si sit, nobis significare curetis; dicta privilegia interim observando.

Datum Formiguerie, pridie nonas Augusti, anno Domini millesimo CCC. XX. quarto.

---

(1) En el documento 45 (3 Marzo, 1328) se verá cómo el rey D. Sancho usó ó abusó de esta potestad que aquí dice le está reservada.

36.

Formiguera, 7 Agosto 1324. Contra los cambiadores ó banqueros y contra los comerciantes, que recibiendo en giro ó en depósito dineros de la Comuuidad hebrea y de sus secretarios, se declaraban insolventes ó en bancarrota, bien fuese huyendo, ó bien haciéndose encarcelar, y obtenían dañadamente que en concurso de acreedores la mayor parte de éstos arrastrase la menor para contentarse prorata con la partija del cúmulo remanente, otorga el Rey este singular privilegio, concediendo á la aljama que en tedo caso apremiase á sus deudores hasta hacerles aflojar cuanto debían, no obstante cualquier ley ó uso en contrario.—Folios 21 y 22.

Noverint universi quod Nobis Sancio, Dei gratia regi Majoricarum, etc., humiliter supplicarunt secretarii aljame judeorum Majoricarum eo quod ipsi frequenter nomine dicte aljame habent recipere *ditas* (1) a mercatoribus et a campsoribus et ponere diversas pecunie quantitates nomine dicte aljame in tabulis campsorum Majoricarum, et sepe dicti mercatores atque campsores malitiose differunt restituere et solvere dicte aljame et eis nomine ejus, dictas pecunie quantitates, et quandoque mercatores et campsores ipsi, venientes ad minus sive *abatutz* (2), deficientes eorum tabule et creditoribus, aufugiunt clam cum rebus suis, aut ponunt se captioni Curie nostre, et inde tractant et tractari faciunt compositiones cum creditoribus suis in magnum detrimentum creditorum ipsorum, et nichilominus creditores ipsi eis aliquandiu concedunt certas dilationes et elongamenta ad solvendum quantitates quas eis debent mercatores et campsores predicti, quam viam sequi habent ceteri creditores, cum major pars eorum in cumulo creditorum concordet ad illam. Quare fuit nobis supplicatum per dictos secretarios ut eis super hoc et dicte aljame dignaremur misericorditer providere.

Nos igitur, eorum supplicatione benigne admissa, volentes eos super hoc et dictam aljamam prerogativa speciali et privi-

(1) Abonarés.
(2) Quebrados ó fallidos.

legio premunire, eis concedendum ducimus per hanc cartam, quod cum aliquis campsor in civitate Majoricarum, seu etiam mercator *sabatra* (1), sive deficiet eorum tabule et creditoribus, aut veniet ad minus fugiendo et absentando se, vel captioni Curie se ponendo, vel quavis alia causa aliquis mercator sive campsor elongamentum seu dilationem petet a suis creditoribus quoquomodo et major pars creditorum in cumulo quantitatis, ei assentiens, concesserit illam dicto debitori, et debitor ipse fuerit obligatus dicte aljame, seu dictis secretariis nomine ejus, in aliqua pecunie quantitate, aljama ipsa, seu dicti secretarii elongamentum seu dilationem predictam, per dictos creditores majores in cumulo credite quantitatis concorditer concessam debitori predicto *abatut*, sequi minime teneantur. Quin immo, elongamento ipso seu dilatione in aliquo non obstante, debitor ipse cogatur viriliter in persona et bonis ad satisfaciendum dicte aljame, et dictis secretariis nomine ejus, in toto id quod debebit eidem, nisi secretarii ipsi ad dictum elongamentum gratanter, prout ceteri creditores, voluerint consentire; quia alias eos cogi nolumus ad predicta, nec ad sequendum elongamentum per ceteros creditores concessum, ut superius est expressum. Quoniam hoc dicte aljame, et dictis secretariis nomine ejus, in dictis tantum debitis et comandis et aliis obligationibus dicte aljame damus, ut premittitur, et concedimus in privilegium speciale.

Mandantes locum nostrum tenentibus, vicariis bajulis et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quatenus hoc nostrum privilegium et omnia contenta in carta ista dictis aljame et secretariis observent firmiter et faciant inviolabiliter observari; jure seu usu quocunque contrario non obstante.

Datum Formiguerie sub sigillo nostro pendenti, septimo idus Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto.

En Santa María de Formiguera, donde firmó este diploma, falleció muy poco después († 4 Septiembre 1324), el rey D. Sancho de Mallorca. No tuvo hijos de su consorte Doña María, her-

(1) *Se abatirá* ó declarará en quiebra.

mana dsl Rey Roberto de Nápoles. Había muerto su hermano el ínclito infante D. Fernando, príncipe de Morea, famoso en los anales trazados por su amigo, el historiador Muntaner, sobre la expedición y hazañas de los catalanes en Grecia. A D. Fernando hemos visto subscribir el diploma **18** (22 Junio 1311), por el que D. Sancho confirmó á los judíos mallorquines todos sus privilegios. En 1315, á 5 de Abril, le nació de su mujer Doña Isabel un hijo. D. Jaime III, á quien su tío D. Sancho dejó por su testamento heredero de la Corona, que le cupo por ser menor de edad bajo la tutela de su tío, el Infante D. Felipe, eclesiástico y canónigo tesorero de la catedral de San Martín de Turs.

No bien falleció D. Sancho, elevó D. Jaime II de Aragón fuertes reclamaciones, poniendo en tela de juicio los derechos del pupilo hijo de D. Fernando á la sucesión de la Corona mallorquina, que reclamó para sí. Mientras se ventilaba la cuestión, mandó á su hijo D. Alonso IV que se apoderase de los condados de Rosellón y Cerdaña. Por fin en 24 de Septiembre de 1325 pactó con el regente D. Felipe, tutor de Jaime III la concordia, que dió por resultado el concierto de casamiento de Doña Constanza, hija de D. Alonso, con el regio pupilo, y el reconocimiento de los derechos de éste á la sucesión de D. Sancho. Por esta razón, los diplomas, que se continúan en la sección siguiente, comienzan algo después; notándose que los dos primeros (26 Octubre y 5 Noviembre de 1325) están despachados en Barcelona. Sin embargo, los condados de Rosellón y Cerdaña no se avinieron por de pronto á reconocer la autoridad de D. Felipe; el cual no entró en Perpiñán hasta el 3 de Enero de 1326, é hizo á nombre suyo y de don Jaime III pleito homenaje de sus Estados, incluso el de Mompeller, al rey de Aragón en Octubre de 1327.

Madrid, 17 de Noviembre de 1899.

FIDEL FITA.—GABRIEL LLABRÉS.